

criptione, Cod. Si contra jus vel util. public. & Joan. Andr. in c. Cum dilecta infra eodem: & rationem reddunt, quia privilegium est Lex privata, & mens generalis & specialis concedentes in privilegio est precisa, quia precise intendit privilegium concedere. Sed in litteris contentiosis mens generalis referentis est inquirere, ut iustitia minuitur; & specialis est circa formam, ideoque vitium formae non viciat substantiam. Sed ut adverte, quia ut dicit Imola, etiam in litteris beneficiis mens Papae est precisa, quia precise, intendit beneficium conferre: & tamen in huiusmodi litteris subrepto non dolosa quae fuit causa unius rei illam solum vitiat, & non aliam, cu-

jus non fuit causa, ut dictum est supra num. 76. erga idem dicendum in privilegiis; in materia enim subreptionis privilegia, & litterae beneficiales participant, ut tenet Innoc. in c. Cum dilecta num. 3. vers. Quamvis in alio casu infra eodem, & Abb. hic num. 5. Unde merito praedictam limitationem reprobat hic Felin. num. 3. In glossa magna nota bene hanc glossam, quia est Magistra, & docet quae sint exprimentia in rescripto, ut videtur subrepto: & in materia vide decem regulas cum ampliationibus & limitationibus, quas collegit Felin. hic a num. 8. usque in fin.



DE RESCRIPTIS

Idem Innocentius III. in Concilio generali.

CAPUT XXVIII.

Nonnulli gratia Sedis Apostolicae abutentes, litteras ejus ad remotos iudices impetrare nituntur, ut reus fatigatus laboribus, & expensis liti cedere vel importunitatem actoris redimere compellatur. Cum autem per iudicium injuriis aditus patere non debeat, (quas juris observantia interdicit) statuimus, ne quis ultra duas dietas extra suam Diocesim per litteras Apostolicas ad iudicium trahi possit. Nisi de assensu partium fuerint impetratae vel expressam de hac constitutione fecerint mentionem.

Sunt & alii qui se ad novum genus mercimonii convertentes, velut sopitas possunt suscitare querelas, vel novas impingere quaestiones, fingunt causas, super quibus a Sede Apostolica litteras impetrant, absque dominorum mandato: quas vel reo (ne propter eas laborum vel expensarum dispendio molesteretur,) aut actori (ut per ipsas adversarium indebita molestatione fatigaret) venales exponunt. Cum autem lites restringendae sint potius, quam laxandae: hac generali constitutione sancimus, ut si aliquis super aliqua quaestione de caetero sine speciali mandato domini litteras Apostolicas impetrare praesumpserit, & litterae illae non valeant, & ipse tanquam falsarius puniatur. Nisi forte de illis personis extiterit, a quibus non deber exigere de iure mandatum.

SUMMARIUM.

- 1 Reus coram delegato Papa trahi non potest ultra duas dietas.
- 2 Episcopi, Archiepiscopi & Legati an possint causas delegare ultra duas dietas.
- 3 Episcopus extra Diocesim causas audire, aut delegare non potest.
- 4 Reus in qualibet parte Diocesis citari potest coram delegato ab Episcopo, etiam ultra duas dietas & numer. 6.
- 5 Metropolitanus non potest causas audire, vel committere, nisi in Diocesi sua, vel in Diocesi iudicis a quo sit appellatum.
- 6 Dieta non computatur a loco, ubi reus domicilium habet; sed a finibus suae Diocesis.
- 7 Si agatur actio personalis.
- 8 Et quid si actio reali, aut personalis in rem scripta, vel qua datur ad certam rem.
- 9 Reus tantum gaudet beneficio, ut trahi non possit ultra duas dietas, non autem actor.
- 10 Actor originalis si fiat reus in iudicio reconventionis, appellantis, vel alius, citari potest etiam ultra duas dietas a finibus suae Diocesis.
- 11 Actor in iudicio reconventionis dicitur potius citare, quam citari.
- 12 Reus conveniri potest ultra duas dietas, si partes expresso consentiant in iudices remotos.
- 13 Idem si Papa rescribat ex certa scientia.
- 14 Rei ex filo ad curiam trahuntur ultra duas dietas, nisi

- sint privilegiati.
- 15 Dieta hodie restricta sunt ad unam tantum, ultra quam si fiat delegatio, non valet sententia.
- 16 Dietarum tria sunt genera, & de quibus dietis hac constitutio intelligatur & n. seqq.
- 17 Hostiensis ex villa Secusia oriundus.
- 18 Verba ex communi usu loquendi sunt accipienda etiam contra naturam vocis.
- 19 Arbitrium iudicis succedit in his tantum qua a lege non sunt determinata.
- 20 Abbates benedicti, an possint consuram & minores Ordines conferre secularibus, in quos habent ordinariam jurisdictionem, non obstante cap. 10. sess. 23 Concilii Tridentini & num. seqq. usque in finem.
- 21 Concilio generali debet expresso & specialiter derogari, nec sufficit generalis derogatio. Contrarium num. 37. vers. Nec est omittendum. Declaratur num. 28. & seqq.
- 22 Regulares possunt secularium confessiones audire absque Episcopi licentia, quoties Episcopus eam exhibere recusaverit. Contrarium num. 43.
- 23 Privilegium in corpore juris clausum non censetur sublata per generale privilegiorum derogationem. Contrarium, num. 38. Declaratur, num. 41.
- 24 Privilegium conferendi minores Ordines concessum Ab-

De Rescript. c. Nonnulli.

- 30 Testamentum primum habens clausulam derogatoriam, rumpitur per secundum: in quo sit clausula generalis, non obstantibus quibuscumque alius testamentis.
- 31 Intellectus c. Domino Sancto 50. dist. Constitutiones Conciliares si invicem sint contrariae, quamvis ex illis servari debeat, ibid.
- 32 Privilegiis clausis in corpore juris multo magis censetur derogatum, quam non insertis.
- 33 Derogatio generalis nunquam operatur circa ignorata in facto consentientia.
- 34 Privilegium insertum in corpore juris facit jus commune inter nominatos & de eo iudicatur quoad effectum derogatoriam, sicut de iure.
- 35 Lex specialis in materia, in qua est privilegium clausum in corpore juris, tollit illud, etiam si de eo non fiat mentionem.
- 36 Concilium Tridentinum antiquioribus Conciliis, aut privilegiis clausis in corpore juris non censetur nominatim derogare, quod pluribus exemplis ostenditur & seqq.
- 37 Concilia omnia oecumenica manant ex eodem fonte Apostolice potestatis, sine qua non habent firmitatem.
- 38 Canonibus Apostolorum praedicitur per posteriores Canones.
- 39 Concilia decreta ita sunt interpretanda, ut non fiat inania & elusoria.
- 40 Praesumptio validitatis actus dicitur aliarum praesumptionum regina.
- 41 Clausula, Ex certa scientia & de plenitudine potestatis, item Clausula, Quorum tenores, in generali privilegiorum derogatione annullant etiam privilegia habentia clausulam derogatoriam ad sequentes contrarias dispositiones.

batibus in VII. Synodo generali, expenditur. Intellectus cap. Quoniam 79. distinct. ibid. & num. seqq.

Nonnulli. Per litteras Apostolicas, de hac constitutione mentionem non facientes, non potest quis trahi ultra duas dietas extra suam Diocesim, nisi de consensu partium litterae fuerint impetratae: Hoc dicit usque ad §. sunt & alii, & dividitur in tres partes. Primo, ponit abusum imperantium iudices remotos. Secundo providet ibi, cum autem. Tertio, excipit ibi, Nisi.

Nota primo, per iudicem delegatum a Papa quem trahi non potest ultra duas dietas. Hae enim constitutio loquitur in delegatis Sedis Apostolicae, ut probat littera ibi, Gratia Sedis Apostolicae abutentes. Et infra ibi, Per litteras Apostolicas. Quid in delegatis ab inferioribus? Innocentius hic num. 5. tenet ordinarios, scilicet Episcopos, Archiepiscopos, ac etiam Sedis Apostolicae Legatos bene posse ultra duas dietas trahere litigantes, cum id non reperitur eis prohibuit. Sed alii contradiunt quod legatos a Metropolitanis & legatis Apostolicae Sedis, quos quidem legatos dicunt debere observare, quod observari Apostolice servant, arg. 6. In casibus de re iudic. ut refert hic Composit. num. 4. in ver. Per litteras. Tu dicit in Legatis Sedis Apostolicae communem opinionem esse contra Innocentium, ut scilicet trahere non possint ultra duas dietas, Abb. Amic. in eod. ver. num. 3. Hollinsh. num. 13. Joan. Andr. num. 9. Abb. Siculus num. 3. in fin. & reliqui omnes. Rationem reddit Abb. Antiqui. quia cum legati nequeant contra Concilium dispensare, c. Dilectus, c. Dilectus, & c. Venerabilis de praeb. hanc regulam observant, eorum scilicet ab Innocentio III. in generali Concilio, ut patet in superscriptione in delegatis a Metropolitanis, Hollinsh. hic eod. num. 13. tenet cum Innocentio, ut scilicet non ardeatur hac constitutione, eo quod Ordinarii communiter non habeant Provincias admodum diffusas: unde non potest de facili reus enormiter gravari; nec est considerandus casus specialis contrarius si occurrat, arg. c. Erit autem Lex 4. dist. Sed Abb. Antiqui. distinguunt; nam aut Metropolitanus vult in propria persona, vel in sua curia examinare causam & potest trahere litigantes etiam ultra duas dietas; quia ex tota Provincia confluit ad iudicium Metropolitanum, c. Scitote 6. q. 3. Aut vult negotium delegare; & satis aequum est ut delegatus extra Diocesim ultra duas dietas non citet, & sic moderabitur Archiepiscopus suos delegatos secundum constitutionem Ecclesiae Romanae: nam satis indignum est quemquam Pontificum, vel ordinem sequentium hanc observantiam refutare, quam Beati Petri Sedem sequi vident de docere, c. Basilicas de consec. dist. 1. Idem concludit in Episcopis. Sed certe hac constitutio, quae permittit, ut Delegatus citare possit infra duas dietas a finibus Diocesis applicari non potest delegato ab Episcopo Diocesano; quia Episcopus nec infra unam dietam extra fines suae Diocesis potest causas delegare, c. Episcopus cum duob. seqq. q. 2. c. Placuit 7. q. 1. & Clem. 1. de foro compet. cum multis similibus. In Episcopis ergo tenent, quod statuitur in c. cum. Episc. de off. Ordinari. l. 6. ut scilicet

tam per se, quam per alium possint causas audire & tribunal erigere in qualibet parte suae Diocesis, dummodo non in loco exempto. Et in Metropolitanis serva quod statutum est in c. Ut litigantes eod. tit. & lib. ut hic per J. Andr. n. 9. & Abb. num. 4. Quocumque enim subditi trahantur, dummodo non extra suam Diocesim, non possunt conquiri, nec laturus mens huius constitutionis, quae non prohibet reum citari, nisi ultra duas dietas extra Diocesim, secundum Abb. hic numer. 2. & mox subiungit.

Secundo nota ibi, extra Diocesim; dietas non esse computandas a civitate, vel oppido, ubi reus domicilium habet; sed a finibus suae Diocesis, ut hic & apertius in cap. Statutum, §. cum uxor, v. Nullus infra eod. l. 6. Rationem reddit Joan. Andr. hic num. 8. & Abb. num. 2. quia nullum gravamen inferitur ex imperatore iudicis intra Diocesim, cum per totam Diocesim trahi possit coram ordinario, ut in d. c. cum Episcopus de off. ordin. in 6. Quod tamen verum est, si agatur actio mere personalis, quae scilicet non est in rem scripta, nec datur ad certam rem, ut actio Legis Aquiliae, ex stipulata & consimiles. Tunc enim computantur dietae a finibus Diocesis, ubi reus habet domicilium, ut hic. Secus vero si agatur actio reali, aut actio personalis in rem scripta, ut sunt interdita, quae licet personalia sint, in rem tamen scripta sunt, ut l. 1. §. penult. ff. de iurisd. & notatur in l. 3. §. est autem, ff. ad exhiben. vel si agatur actio personalis, quae datur ad certam rem, ut actio depositi, commodati & similes: his enim casibus computantur dietae a loco, ubi res sita est; ut infra in c. Proximo secundum opinionem glossa in d. c. Statutum, §. Cum vero in ver. Unam dietam infra eodem lib. 6. Innocent. hic num. 3. & 4. & hoc propter odium trahentium ad extraordinarios iudices: nam alias bene licet in reali actioe rem convenire, ubi habet domicilium, licet alibi res sita sit, l. fin. C. de praescript. long. temp. par. vel secundum Compositell. quando agitur actio reali, aut personalis in rem rescripta vel ad certam rem, fit computatio non tantum a loco, ubi res sita est; sed etiam a Diocesi ubi reus domicilium habet, unde si a fine Diocesis, in qua est res, essent ultra quam duas dietas usque ad locum, ad quem citatur reus, non autem a fine Diocesis, in qua reus domicilium habet; per huiusmodi citationem non laderetur haec constitutio, arg. infra c. Proximo, ibi: Ex hoc videtur domicilium habere, & c. qui textus innuit, ut si ibi habeant domicilium, bene possunt a fine illius Diocesis computari dietae & tamen ibi actioe reali; scilicet super Ecclesia actor intendebat agere, atque ita erat in potestate illius computare dietas, vel a loco rei sitae, vel a loco domicilii conventi, si hoc impetranti expediret, quantum ad hoc, ut reus non posset conquiri, quod ultra duas dietas traheretur.

Tertio nota ex illis verbis, ut reus fatigatus laboribus, & expensis, liti cedere, vel importunitatem actoris redimere compellatur. Hanc constitutionem fuisse editam in favo-

primo aduerso primum tollit; non sic mandando rescriptum, quod cum tanta deliberatione non datur. Hec Joan. Mon. & sequitur ibidem Gemina. col. 5. circa med. in glos. 3. & reliqui omnes. Et idem Gemin. in c. Ut Officium, 9. Denique, in 2. not. de Hæret. in 6. Inol. & Clem. 1. in ultima not. de sepult. & declarat. Alex. conf. 111. Peripetis, num. 1. vers. Circa primum dubium lib. 6. Et in rescriptis contra jus loquitur Baldus in d. l. Humanum, col. 3. vers. Sed Dominus, C. De leg. Felinus hic num. 5. in prima Fallen. & alii supra in contrarium adducti, num. 21. Et in dispensationibus contra Concilium generale, Covarr. variat. resol. lib. 4. c. 16. n. 16. v. Sed & in his dispensationibus. Ex quibus apparet, constitutionem Apostolicam contra decreta generalis Concilii valere quamvis Concilio non deroget, aut de illo mentionem non faciat, idque etiam constitutio posterior sit solius Papæ; quia generalia Concilia habent clausulam derogationem ad sequentia rescripta, non autem ad sequentes constitutiones. Philipp. Prob. ad Monach. in cap. 1. n. 3. de consit. in 6. & ante eum Oldrad. conf. 328. Ad idem num. 3. & alii proximè citati. Et quamvis nonnumquam etiam in constitutionibus, quæ per modum legis universalis eduntur, sunt derogationes ad contraria decreta in generali Concilio promulgata; id tamen censori debet factum ad abundantiorè cautelam, non quod derogatio sit necessaria, nisi in eis expresse conitatur. Verùm si decreto generalis Concilii opponatur aliud decretum posterius editum in alio Concilio generali, ut nunc supponitur, res videtur esse extra omnem difficultatè. Primo, quia idcirco in derogationibus generalibus litterarum Apostolicarum non incluantur decreta Conciliaria; quia cum hæc edantur in generali Concilio summa cum deliberatione, ac maturitate; & è converso à Summis Pontificibus nonnumquam litteræ contra jus per occupationem, vel importunitatem extorqueantur, quas verisimiliter non concessissent, si ad contrariam dispositionem conciliarem animam applicassent; propterea idem Pontifices sanciant; ut eorum rescripta, quæ decreta alicujus Concilii generalis adversantur, vigorem non habeant, nisi in eis fuerit derogatum generali Concilio. Quod constat ex responso Honorii III. in d. c. Ex parte, de Capell. Monach. ubi decernens non valere litteras gratiæ à quibusdam Monachis impetratas contra Concilium Lateranense, de quo in cap. 2. de statu Monachorum, cuius nulla mentio facta fuerat, rescribit ut infra, videlicet, hujusmodi litteras ab Apostolica Sede non credimus emanasse; quod si per occupationem forsitan emanaverint, nolumus per hoc derogari Concilio supradicto: ubi Gloss. in vers. Occupationem, dicit tales litteras presumi extortas, vel per occupationem Romani Pontificis, vel per importunitatem potentum. Ad quod confer textus in c. Si quando, supra eodem. Ubi Alex. III. rescribit Episcopo Ravennateni, ut si quando aliqua eidem à Sede Apostolica dirigitur, quæ illius animam exasperare videatur, aut pareat rescriptis, aut causam rationabilem asigne, quare parere non possit, quia, inquit, patienter sustinuerimus, si non fecerit quod prævia nobis fuerit insinuatione suggesti. Quamobrem quod in litteris gratiæ non censetur derogatum generali Concilio, siudent rationes tam ex parte ipsius Concilii, quam ex parte Papæ rescribentis. Ex parte Concilii, quia cum Statuta ibi edantur matura discussione & unanimi tot Patrum consensu, æquum non est eis indeliberatè derogare per speciales posteriores litteras, c. Ecclesia vestra it. 2. de elect. Ubi Gregor. IX. agens de forma electionis à Concilio Lateranensi præscripta: Neque tenet, inquit, credendum est Romanum Pontificem, qui jura tenet, quod alius excogitatum est multis vigilis & inventum non verbo saporere voluisse. Unde Oldrad. conf. 326. Quod articulo, num. 1. in fin. dicit, præsumi non posse quod Dominus Papa juri nedum publico, sed quasi divino cum solemnitate, videlicet in sacris generalibus Conciliis promulgato, sub tali taciturnitate voluerit derogare, cum etiam sit legali provisione statutum, ut rescriptum nedum contra Jus Divinum, sed etiam contra Jus publicum impetratum extorquendum sit de manibus impetrantis, l. 3. C. De sacris largitionibus. Et infra: Cautum est ergo dicere hujusmodi Sacra Concilia tali dissimulatione fuisse sublata, facilius enim tolluntur simpliciter Decretales & Constitutiones, quas solus Papa promulgat, quam unoquoque ex Conciliis cum multitudine. & ex autoritate tot solemnium personarum & de injuriam sensu & consilio, & non firmata capitibus promulgata. Ex d. conf. 328. n. 5. Non enim, inquit, esset conveniens, ut vallata fortiori vinculo, scilicet Concilii generalis sic de facili tollerentur, sius alia, quæ sunt tanto vinculo roborata. Hæc Oldrad. Et generale est, ut cum Lex Canonica vel Civilis habet clausulam derogationem, non valeat contrarium rescriptum, nisi fiat mentionem de illa specialiter vel saltem

per verba æqui potentia, ut hic; ubi Felinus numer. 2. in cap. fin. infra eodem; & in c. Unico; & ibi Joannes Andr. & DD. de excess. Prælat. in 6. Anchar. conf. 255. in quest. col. 3. Sed neque ex parte Papæ rescribentis censetur derogatum Concilio; tum quia rescripta hujusmodi præsumuntur ab ipso obienta per occupationem; ut dicitur in d. c. Ex parte de Capell. Monach. Unde censentur non emanasse ab Apostolica Sede, id est de scientia Papæ, ut ibi explicat glossa in ver. Afferunt, ad hoc c. Si quando de sentent. excomm. ubi cum per ignorantiam vel negligentiam, aut occupationem animam, vel etiam per subreptionem contingat hujusmodi litteras impetrari, tum quia præsumuntur extorta per ambitionem & importunitatem, juxta text. in cap. Tunc fraternitatis de Præb. & in l. 1. C. De petitionibus bon. sublat. lib. 10. Ubi per importunitatem non concedenda sæpe concedimus, dicit Imperator & notat glossa in d. cap. Tunc in ver. Importunitatem, & Gemin. conf. 36. quod collatio, n. 2. v. Quod non præsumitur, ubi ait Papam non ita de facili derogare Constitutionibus Conciliaribus & præsumi circumventum. Unde quod litteræ Apostolicæ contra generale Concilium non valeant, non provenit ex defectu potestatis Papæ, qui est supra Concilium, c. 1. 25. quæst. 1. & c. Innotuit. C. Significasti de elect. Covarr. lib. 4. variat. resol. c. 16. n. 16. & dixi, late in d. c. Significasti. Sed ex defectu voluntatis, quia vult illas non valere, nisi in eis expresse fuerit derogatum Concilio, ut dicitur in d. c. Eam te, de etat. & qual. ed quod erit solutus sit legibus, tamen secundum Legem vivere debet d. c. Significasti & l. digna vox, C. de leg. ut in proposito dicit Oldrad. de conf. 326. num. 4. & conf. 328. num. 1. Nec per rescripta quælibet intendit detrahere utilitati publice vel private l. fin. C. Si contra jus vel utilitatem publicam l. Nec damosa & l. Perscripta, C. de prec. Imper. offer. quæ sunt canonizate 35. quæst. 2.

At hujusmodi rationes omnes cessant, cum Generali Concilio opponatur aliud Concilium generale, nam quod pertinet ad solemnitatem, utrumque celebratum pari concilio & maturitate; & utrumque censetur vallatum eisdem clausulis derogatoriis. Felinus post alios hic numer. 1. vers. Et nota quod omnis Constitutio. Unde cum par sit vinculum utriusque ratio possit, ut posterior deroget primo: quia nihil tam naturale est, quam eo genere quoque dissolvi, quo colligum est, l. Nihil tam naturale, ff. de regul. jur. ut in his terminis considerat Oldrad. de conf. 326. num. 3. Et propterea quamvis primum testamentum habens clausulam derogationem non rumpatur per secundum, tamen rumpitur, si in secundo adit clausula generalis, Non obstantibus quibuscumque aliis testamentis, l. Si quis in prim. testam. & ibi Bart. & DD. de leg. 3. Card. in Clem. 1. in 3. quæst. de sepult. & Bened. Capra. conf. 31. Panchus. Latillimè Barbat. in c. Cum esset; col. 37. de testam. Et quamvis ab emptione, quæ non tantum consentu, sed etiam traditione est roborata, non discendatur solo consentu; tamen descendit omnino, si in contrarium retraditio sublequatur. l. Ab emptione, ff. de pact. Oldrad. ubi supra. Et generaliter quibuscumque fere modis obligamur, si in contrarium actus liberamur, ut Paul. ait in l. fere, ff. De regul. jur. fact. text. in l. Pacta novissima, C. De pactis in leg. Cum de novo, & l. Sed & superiores, ff. de leg.

Similiter decreta in secundo generali Concilio palam est non posse dici extorta per occupationem vel importunitatem: non per occupationem, quia Episcopi in Concilio congregati aliis negotiis non vacant, quam pertinentibus ad celebrationem illius, non per importunitatem vel ambitionem, quia singuli articuli prævio accurato examine, ac discussione suffragiis Patrum definitur, §. Synodus autem, 15. dist. facit, c. Prædicanam De off. Deleg. sequitur ergo, ut constitutio conciliaris posterior deroget contrarie antiquiori, licet de illa mentionem non faciat.

Neque obstat textus in c. Domino sancto, in fine 50. distincti, ubi Idoridus scribit: quotiescunque in gelis Conciliorum discors sententia invenitur, illius Concilii magis teneatur sententia, cuius aut antiquior, aut potior extat autoritas: Nam responderet præd. autoritatem procedere, quando ambe constitutiones sunt particulares & locales, juxta textum in c. In Canonibus 19. dist. secus si ambe constitutiones Conciliares sint generales; quia semper posterior præjudicat priori, ut in c. 1. extra de cognat. spirit. Ita formaliter declarat gloss. in d. c. Domino, in ver. Disfors. Et quamvis hæc solutio non placeat ibi Præposito, ed quod si constitutiones sint diversorum locorum, unaquæque servari debet in suo loco; si sint ejusdem loci, posterior derogat priori; tamen textus intelligi potest de Concilio antiquiori dignitate & autor. non autem de antiquiori quoad tempus tantum; quia tunc posterior generale derogat primo; secundum Hugon & Archid. num. 4. Unde Turres. 161. num. 2. & idem Præpositus num. 6. Si diffin

natia

nantia que reperitur in canonibus univrsalium Conciliorum sit circa ea que sunt juris positivi, ut puta circa regimen humane vite ac disciplinam Ecclesiasticam, concludunt absolute standum esse constitutioni posteriori Conciliorum; quia cum hujusmodi agibilia humana habeant materiam variabilem, pro loco, tempore & conditionibus personarum; sæpi statuta priorum Conciliorum temperantur, suscipiuntur, atque etiam corriguntur per posteriora Concilia. Hæc illi; unde August. cuius est hæc conclusio, lib. 2. de baptis. contra Donatistas, ait, sæpi priora Concilia à posterioribus emendari, cum aliquo rerum experimento operitur quod clausum erat & cognoscitur quod latebat. Ergo ut Turres. & Præp. subdant locis citatis, in talibus non habet locum antiquitas, quantumcumque magna fuerit autoritas, quoniam aliqua superioribus temporibus erant convenientia que nostris plurimum dispendiosa essent, id est quæ impossibilia, cap. Non debet, cum vulg. de constitutione & affinitate sicut patet in Canonibus Apostolorum circa dispositionem Clerici fornicari. Patet etiam de Concilio illo prælatum. Nicæno, cui circa dispositionem sedium Patriarchalium præjudicatum est per Concilium universale Vi. ut in cap. Renoantes, 22. dist. & ibi statur & præjudicatur Nicæno, licet sit antiquior & potioris autoritatis & de eo nulla ibi mentio facta fuerit. De intellectu autem d. cap. Domino sancto, 15. dist. vide plenissime ibi per Turres.

Nec est omittendum secundum Innoc. in de capite. Ex parte, in verbo Mentio, de Capellanis Monachorum, verum non esse in litteris, quas Papa concedit, indilinctè esse faciendam mentionem de jure, etiam si sint Statuta Conciliorum, ejusque opinio quatenus affirmat quoad derogationem non esse constituendam differentiam inter constitutiones conciliares & alias constitutiones, forte venior est secundum Felin. hic sub num. 3. vers. Sed non videtur verum, qui ex mente Innocentii in contrarium retorquet textum in c. Eam te, de etat. & qual. & in d. c. Ex parte, quem itidem contrarium probare observat etiam Alex. conf. 111. Peripetis, num. 6. lib. 6. Et quamvis ut Felin. subjicit non sit de facili recedendum à contraria sententia Archid. 1. quam videtur sequi totus mundus & tenet Rota apud Callid. de lesi. 2. num. 2. vers. Pro decisione, de Præb. tamen cum illa non transeat absque contradictione, ac difficultate, non debemus eam extendere extra casum litterarum contra jus, in quo Archidiaconus loquitur. Concludendum est igitur per dispositionem posteriorum Concilii generalis, indilinctè censeri sublata decreta contraria antiquiorum Conciliorum, licet de illis mentio facta non fuerit. Et hæc sententiam alius probavit Sac. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum. Nam cum Episcopus Tarraconensi. quævisset an dispensationes que in cap. de multa. Quod est generalis Concilii Lateranen. sub Innoc. III. de præb. pro legitimis haberentur, videlicet circa sublines & litteras personas censentur revocare per Concilium Tridentinum, sess. 24. c. 17. ibi: quibuscumque dispensationibus non obstantibus, cum de eis non fuerit habita mentio specialis: S. Congregatio censuit comprehendere etiam dispensationes, de quibus in d. c. De multa, nec opus fuisse specialii mentione, aut derogatione juris communis.

Quod verò spectat ad privilegia, multò magis debet censeri derogatum insertis in corpore juris, quam non insertis: nam etsi privilegia Canonum difficiliter consueverit derogari, l. Ejevis militis. §. Militia missus, ff. De militar. testam. tamen quoad non inserta allegari potest defectus intentionis Papæ propter illorum ignorantiam, vel oblivionem, ut constat ex c. ex parte de Offic. Deleg. in illis verbis: Si memores fuissimus non pro prædictis N. litteras direxisset, adversario, nullatenus scripsissimus. Quæ quidem ignorantia præsumi non potest de insertis in corpore juris. Et hæc est ratio cur Pontifex per posteriorem constitutionem censetur tollere priorem contrariam, licet de illa mentionem non faciat; & tamen non censetur tollere particularia statuta, vel consuetudines, juxta text. in cap. 1. de consuetud. in 6. generalis enim derogatio non operatur circa ignorata in facto consentientia. Tiber. Decian. conf. 40. num. 87. & segg. lib. 3. Et in terminis ob hanc rationem ita tenet Franc. in d. cap. 1. num. 5. vers. Limita tamen, dicens privilegium in corpore juris clausum revocari per contrariam constitutionem, etiam si de illo non fiat specialis mentio, cum præsumatur scientia illius, sicut & juris communis. Et sequitur Felinus in cap. 1. num. 11. vers. Fallit 3. supra eodem, ubi similiter concludit privilegium derogari juri communi in corpore juris clausum tolli per contrariam dispositionem, etiam nulla facta mentione privilegii, quia illius mentio non est necessaria, sicut nec juris communis: non sic ubi primum est extra corpus, quia præsumitur Papæ incognitum: subdens ita tenere communiter

Doctores, sicut etiam testatur Decius ibid. num. 52. v. Et prædicta conclusiones. Et quamvis contrarium sentiant in d. cap. 1. Abbas & Barbat. tamen secundum Felinutius est tenere communem. Et ab ea non esse recedendum dicit etiam Dec. eodem num. 52. in fin. quam etiam tenet Geminianus in cap. Ignorantia, num. 6. vers. Item illo respectu, 38. dist. & in cap. 1. vers. Quæro quia, de consit. in 6.

Principalis ratio est secundum Felin. & Dec. ubi supra, quia si faciendâ sit mentio privilegii inserti in corpore juris, id non alia de causa potest contingere, nisi quia privilegium sic insertum facit jus commune inter nominatos, ut per gloss. 4. in cap. Constitutionem, de rig. in 6. & in Clem. Dudum, §. Verum, in vers. De jure, de sepult. & per Joan. Andr. post Hostiens. in c. Ex parte, il primo, num. 3. super vers. Ceteris, de decim. sed Juris communis non est faciendâ mentio, c. primo de cognat. spirit. & d. c. primo de constitutione in 6. & tradit Innocentius & omnes in d. cap. 1. supra eodem, ubi in specie Felinus num. 11. in 2. Fallen. Ergo nec privilegii inserti in corpore juris: nam quoad effectum derogationum ita judicatur de privilegio in jure clauso, sicut de jure, Gloss. in cap. Ut circa, §. 1. in vers. Corporali, v. Item privilegium, de electione in 6. & ibi Gemin. & Franc. in d. c. 1. vers. Limita tamen, de consit. in 6. Ideoque per generalem derogationem, quæ habetur in fin. capite. Alma mater, de sent. excomm. in 6. sublatum fuit privilegium Templariorum, & Hospitaliariorum in corpore juris insertum, tempore in c. Ut privilegia, infra de privileg. secundum Gloss. & Archid. in d. c. Alma mater, in vers. Concessit, Abbas verò loquitur secundum opinionem illorum, qui tenent in privilegio esse derogatum juri communi, quæ tamen opinio reprobat, & fundamentum ejus tollitur, quia eo ipso quod datur privilegium, videtur juri Communi derogatum, ut notat Bald. in l. Item Leprosi, col. 5. vers. Et nota, ff. de ver. divis. Et ita ad opinionem Abbatis respondet Dec. in d. cap. 1. num. 12. vers. Sed dicendum est, præterea Abbas & Barbat. moventur ea speciali ratione, quia in Principe non est verisimilis recordatio privilegii in corpore juris clausi propter importunitatem impetrantium. Ad hæc ratio, quidquid sit de illius veritate, militat tantum in privilegii, & litteris gratiæ, quæ conceduntur contra privilegia in jure inserta, non autem in derogatione privilegiorum, quæ fit in generali Concilio, ut dictum est supra n. 15.

Neque obstant autoritates in contrarium adductæ supra num. 3. siquidem procedunt tantum, quando Lex, vel Princeps revocat generalia privilegia, eo enim casu cum per hujusmodi revocationem non tollat Jus Commune; consequens est, ut nec tollat privilegia in jure inserta, quæ sortiuntur naturam Juris Communi. Unde eo casu, cum derogatio privilegiorum possit referri tam ad inserta, quam non inserta; ex verisimili mente referri debet potius ad non inserta. At secus est, si fiat lex specialis in materia, in qua est privilegium in corpore juris clausum, in casu nostro, in quo Concilium Tridentinum edidit speciale decretum in d. cap. 10. sess. 23. contra jus, quod habent Abbates ordinandi Clericos seculares, in quos habent quasi Episcopalem jurisdictionem: juxta c. Abbates de privi. in 6. hoc enim casu licet Jus commune, ita privilegium in jure clausum tollitur per generalem privilegiorum derogationem: ita singulariter determinat Bart. in Extrav. Ad reprimendum, in vers. Non obstantibus, col. fin. quem refert, & sequitur Felinus in d. cap. 1. num. 12. in fin. vers. Salvo nisi condendo legem: & apertius declarat. Dec. ibi num. 53. his verbis: Patet ex prædictis, quod facilius derogatur privilegio inserto in corpore juris, quam non inserto, & hoc procedit, quando tollitur Jus Commune, tunc enim tollitur facilius insertum, quia Jus Commune reputatur; secus est quando non tollitur Jus Commune, sed tollitur privilegium, quia tunc facilius tollitur non insertum, quia est privilegium propriè, & simpliciter, quam tollitur insertum, quod non videtur privilegium simpliciter, ex quo de eo judicatur idem, quod de jure Communi. Hæc Dec. subdens, hoc secundo casu habere locum glossas, quæ volunt, ut si tollatur privilegia, non videantur tolli inserta in corpore juris. Præterea contraria opinio procedit tantum in privilegio speciali in jure clauso, cui non intelligitur derogatum per constitutionem Juris Communi, nisi de eo fiat specialis mentio. At secus est in privilegio generali, quale est privilegium concessum Abbatibus ordinandi Clericos seculares, in quos habent Episcopalem jurisdictionem: quia utcumque sit insertum in corpore juris nempe in d. cap. Abbates, de privileg. in 6. tamen censetur sublatur per posteriorem constitutionem illi contrariam, etiam nulla facta mentione privilegii. Ita post alios ditinguit & declarat Philipp. Franc. in d. c. 1. num. 5. vers. Quod tamen intelligit, de consit. lib. 6.

R 2

tem rei: solus ergo reus prohibetur trahi extra Diocese[m] ultra duas dietas. Quod statum est in favorem ordinariis jurisdictionis, arg. e. *Ut debitas de appellat.* & in odium impetrantium, ut hic patet, secundum Hostien. n. 3. & quia reus favorabilior est, quam actor, l. *Favorabiliores*, ff. de reg. jur. & quia actor sequitur forum rei, e. *Cum sit generale infra de foro compet.* & hoc intelligendum de reo originaliter. Actor vero originalis licet in progressu litis fiat reus, bene potest trahi ultra duas dietas à finibus Diocesis sue, dummodo non trahatur ultra duas dietas à finibus Diocesis rei. Unde si Romanus conveniat Anglicum ultra duas dietas à domicilio Romani, & postea Anglicum reconveniat Romanum coram eisdem iudicibus: bene citabitur Romanus ultra duas dietas à suo domicilio, sed non à domicilio rei; id est Anglii, ut exemplificat hic Innoc. & Compoll. in princip. cum quibus Holt. Joannes Andreas & ceteri transfeunt. Idem dicendum si reus non reconveniat, sed cum actor, qui dedit libellum, desinat, reus vult ut procedatur in causa; quod potest reus, *Aut. Quod semel, Codice Quo modo & quando jud.* vel cum actor literas presentavit, & vult superedere; reus vero vult ut procedatur per eum, cum facta sint communes; quod similiter potest reus, ut notatur in e. *Ex conquestione de res. spoliator.* In omnibus enim his casibus & similibus bene trahi potest actor qui modo est reus, ultra duas dietas à finibus sue Diocesis, sed non à finibus Diocesis rei, secundum Compoll. num. 1. *vers. Item est reus.* Idemque observandum, si reus fiat actor in causa appellacionis, vel alio modo, quia non approbatur trahi poterit ultra duas dietas extra suam Diocese[m], cum reo originali hoc beneficium sit concessum. Subdit tamen Innocentius, quod actor dicitur potius citare, quam citari, id est, actor cum reconvenitur, non dicitur trahi, quia potius alium trahit; & sic non habet locum littera ibi, *trahi possit*, ut explicat Cardin. num. 3. *vers. Dicit tamen Innocentius.*

Quarto nota in *vers. Nisi*, duos casus, in quibus reus trahitur ultra duas dietas coram Delegato Apostolico. Primus est, cum de partium consensu littere impetrantur, quod intelligit, si partes expresse consentiant in iudices remotos, secundum Abb. num. 4. idque fuit expressum in Delegatione Papae Cardin. *Conf. 71. in prin.* Secundus est, cum Papa ex certa scientia rescribit contra jus: quod fecere censetur, cum de hac constitutione in litteris mentionem facit per Butr. num. 7. Tertium casum addit Compoll. videlicet cum causa delegatur in curia; nam de illo curiae non habet ibi locum hoc decretalis: & sequuntur Joannes Andreas Butrius Imol. & Felinus limitantes, nisi aliquis esset privilegiatus; non enim trahi potest ultra duas dietas, tamen non facta mentione de privilegio; nam si de privilegio Papa notitiam habuisset, verisimiliter ipsum servare voluisset, aut saltem difficultus rescripisset. Quae ratio cessat; cum dat rescriptum in curia contra non privilegiatum; & ita rescribitur se obrimisse. Alios octo casus, in quibus exceptio de duabus dietis locum non habet, prosecutur Felin. num. 30. Sed extra ipsos reus trahi non poterit extra Diocese[m] ultra duas dietas, & hodie ultra unam, ut est expressum in e. *Statutum*, §. *Cum vero de rescr. l. 6. & ibi notat gloss. in ver. Unam dietam*, Joan. Andr. hic num. 7. Butr. num. 9. Abb. n. 3. Card. conf. 71. in prin. ubi respondit, si Delegatio Papae simpliciter fiat ultra unam dietam absque expressione, sententiam non valere, & num. 2. in 2. *adibo*, dicit posse opponi de nullitate, etiam si talis sententia fuerit confirmata.

Dietas autem intellige non legales, secundum quod viginti miliaria computantur pro dieta, l. *Tertia*, ff. de verborum signific. l. *Vicena*, ff. si quis cautione, nec specialiter, seu singulariter, id est, eorum qui utuntur diplomate felici, & de duabus dietis faciunt unam, l. *Constitutio*, §. *Cum ita*, juncta gloss. in *vers. Diplomate*, ff. de verborum obligatione, quales se dicit saepius expertum fuisse, Hostien. hic num. 7. Sed intellige vulgares: id est, secundum consuetudinem regionis, de quibus plura exempla ponit Hostien. & in specie à villa Féculia; alias Taurinum. Si quidem nomina ex communi usu intelligenda sunt, e. *Ex litteris* il. 1. *infra de sponsal.* non enim ex opinionibus singularum, sed ex communi usu nomina exaudiri debent, l. *Labeo*, ff. de supplect. leg. & lex debet patrie convenire, cap. *Erit autem Lex 4. distinctione*, cum consuetudo sit optima legum interpret, cap. *Cum dicitur de conf. l. Si de interpretatione*, ff. de l. unde magis fitur usui, quam significationi vocis, l. *Uxor* in prin. ff. de legat. 3. de quo plenius notatur, capite *Illud* 12. *distinctione*, & ita concludit hic glossa in verbo *Ultra duas dietas*, Innoc. num. 2. Compoll. eodem numero; & hoc dictum sequuntur committer DD. ut dicit Abb. num. 6. nec multum discrepat Hostien. num. 10. qui putat hoc esse

arbitrarium: ita tamen ut arbitrium reguletur secundum Consuetudinem Regionis. Quod enim, inquit, si traham te per mediam leucam ultra duas dietas vulgares; quod si traham te ultra leucam & quid si nec vulgares auferant; quia citatur quis in montanis, qui nunquam aut parvum vadant homines; & quidem exceptio in bene locum habet & in estate non potest opponi, ut si Mantuanen. Crux Ebridanum citatur: certe quod Legibus omittitur, non omittit religio iudicantis, l. *Questum* ff. de testibus, qui & qualitatem Regionis consideratis, l. *Præfatus*, ff. de seris; & cum hac opinione Hostien. transit etiam Joan. Andr. & cum hac opinione Butr. num. 20. & Abb. num. 6. num. 32. & consentiunt in defectum vulgarium non esse locum qui tamen tenent in defectum vulgarium non esse locum arbitrio iudicis; sed securandum esse ad legales, quia iudicis arbitrium succedit in his quae à Lege non sunt determinata, l. 1. ff. de Jur. delict. capite de causis, *infra de Offic. deleg. & hoc tenet glossa in capite Cupientes* in verbo *Commotio de elect. lib. 6. & Archid. in d. c. Statutum de rescriptis* in 6. An autem potius attendi debeat via terrestris quam maritima, si dicitur sint divise per terram & aquam: vide Archid. in d. c. *Statutum*, §. *Cum autem* & Butr. eodem num. 20.

Ultimo nota ex hoc textu, junctâ superscriptione, Litteras Apostolicas impetratas contra Constitutionem in generali Concilio editam vel habentem clausulam derogatorem ad sequentes contrarias dispositiones non valere: nisi de Constitutione ipsa faciant mentionem. Butr. hic num. 7. & Felin. num. 2. de quo latius dicam infra num. 21. Hinc inferunt aliqui moderni, ut Decretum Concilii Tridentini in capite 10. *sess. 23.* adimens Abbatibus facultatem conferendi secularibus tonsuram & minores Ordines non valeat, cum non faciat mentionem Constitutionis septima Synodi de qua in capite *Quoniam* 69. *distinctione*. Hunc articulum plenè examino in questione sequenti, ubi explico materiam derogationis ad contrarias Constitutiones vel Privilegia.

Revoco igitur in dubium: an facultas quam habent Abbates, Presbiteri & Benedicci conferendi primam tonsuram & minores Ordines secularibus in quos habet Ecclesiasticam & quasi Episcopalem Jurisdictionem, fuerit sublatâ Decreto Concilii Tridentini in capite 10. *sess. 23.*

Præsentis controversia non pertinet ad validitatem Ordinationis seu impositionem characteris; de hoc enim diffusè egi in capite 1. *suprà de suppl. neglij. Pralat.* in questione. An Prælati inferior secularis habens facultatem à Sede Apostolica post Concilium Tridentinum conferendi primam tonsuram & minores Ordines aliquibus personis secularibus tantum; si conferat aliis, quam expressis in litteris Apostolicis; imprimat characterem nec ne; & possit ordinare hoc loco: an Abbas benedictus, licet ac rite possit conferre suos subditos seculares: adeo ut licet possit ordinare conferat, sed etiam Ordinem executionem. Et quavis articulus videatur indubitabilis, eod quod Decretum Concilii in d. c. 10. *sess. 23.* diversis verbis statuit; ut Abbatibus non liceat imponere alicui qui regularis subditus ibi non sit: tonsuram vel minores Ordines conferre; nec Litteras dimissorias Clericis secularibus ut ab aliis ordinentur, concedere; sed horum omnium Ordinatio ad Episcopos intra quorum Diocese[m] fines existunt pertinet, nonobstantibus quibusvis privilegiis: tamen non desunt ex recentioribus Theologis qui opinentur contrarium. Nam Sanchez in *opusculo mor. tom. 2. p. 7. c. 1. dub. 39. num. 20. v. Sed hoc non caret difficultate*: liberè affirmat Abbates benedictos hodie eo Decreto nonobstante, licet possent etiam secularibus suis subditis conferre tonsuram & minores Ordines ac Litteras dimissorias concedere: inmixto præcipue duobus fundamentis.

Primum est, quia cum privilegium minores Ordines conferendi fuerit concessum Abbatibus in generali Concilio: nempe in septima Synodo, capite 14. non censetur sublatam per generalem Privilegiorum derogationem Concilii Tridentini; oportet enim ut generali Concilio expresse & specialiter derogetur per clausulam, *nonobstante aliquâ Lege vel Constitutione etiam in Concilio generali edita*, juxta textum hic & in capite *Ex parte*, ubi est casus; ibique notant Hostien. & alii communiter de *Capell. Monach.* & in capite *Eam te de estate & qualitate* de *Capell. Monach.* in capite 1. in verbo *Noscitur de Consp.* in 6. Bald. in l. *Humanum*, Cod. de leg. Jacobatus de Concilio lib. 5. art. 18. Felinus hic num. 2. Rom. conf. 436. num. 11. in fin. *vers. Primum ex eo*, Capra conf. 157. num. 11. & sequi Covar. lib. 4. *variaram resolutionum* cap. 16. num. 16. *vers. Sed & ex his definitionibus.*

Quo fundamento motus Navar. in *Man.* capite 27. num. 255. opinatus est Privilegium concessum Religiosis in Clem. *Dadum*, §. *Si vero sicut Prælati de sepelit.* nempe audiendi Constitutiones secularium absque Episcopali licentia quoties Episcopus eam exhibere recitaverit: non fuisse sublatam Decreto Concilii Tridentini, capite 15. *sessione* 23.

ed quod est ibi dicitur nonobstante quocumque Privilegio: non tamen dicitur nonobstante Privilegio Generalis Concilii.

Secundum fundamentum est, quia Privilegium hoc concessum Abbatibus est inferum in corpore Juris: nempe ordinandi, in capite *Quoniam* 99. d. c. *Cum contingat de etate & qualitate cum concordantibus & dimissorias concedendi in capite Abbates de privileg.* in 6. In generali autem Privilegiorum derogatione, qualis est que habetur in fine d. c. 10. *sess. 23.* non comprehenditur Privilegium in corpore Juris clausum, gloss. in *Auth. qua in Provincia* in verbo *illius in fine* quam ibi sequitur Bart. in 2. *oppos.* & Bald. *vers. Tertia solutio*, Cod. *Ubi de crimin. agi oportet*, gloss. in *Auth. Ut omnes obediant iudic.* in verbo *Privilegio* col. 5. Bart. in *Extravag. ad reprimendum* in *vers. nonobstantibus* num. 11. Roman. conf. 498. in *casu quo quaritur* num. 14. in fine & num. 15. *vers. Quo vero ad secundum caput*, Butr. in capite *fin.* in 4. col. *vers. Sed est dubium de foro compet.* Ripa in capite 1. ante num. 56. *suprà eodem*. Felinus hic num. 26. *vers. Duodecima conclusio*, Dec. conf. 164. num. 4. unde cautela est ut privilegiatus super immunitate faciat eam inferi in Statutis, quia tunc nova positio est derogans non operatur nisi etiam faciat mentionem de inferione, secundum Paulum de Castr. in d. *Auth. qua in Provincia* de *Cepoll. cautels* 76. *incip. Domini & Principes*. Ad idem est glossa 2. in §. *Omnes* in verbo *Compellatur*, & ibi Baldus & Paulus de Castr. ff. de *Judic.* Felin. post alios in capite primo, numero 12. *vers. Unum in propositis bene nota supra eodem*.

Ceterum his nonobstantibus nullatenus est recedendum à dispositione clara, d. c. 10. *sess. 23.* nam duo fundamenta quae ad eam elidendam, ut supra asseruntur neque in facto neque in Jure ullam habent substantiam.

Et quod pertinet ad factum, observandum est in septima Synodo generali, capite 14. statutum esse his verbis: *Lehoris autem maris impositione licentia est solvendo in proprio Monasterio faciendi, si duntaxat eidem Abbati manibus impositio facta noscatur ab Episcopo secundum morem praefictorum Abbatum, dum consilium illius esse Presbiterum*. Ex quo contextu colliguntur tres conditiones quae necessario exiguntur ad hoc ut Abbas possit rite & rectè ordinare. Prima est, ut sit Presbiter: ut in *vers. Dum tamen consist.* Secunda, ut sit solummodo benedictus; id enim importat manus impositio de qua Synodus loquitur, capite *Manus* 1. *quasi* 1. & notat glossa in capite *Quoniam* in verbo *Impositio* 69. *dist.* Et hæc duae conditiones pertinent ad validitatem Ordinationis: ut ibi per Archid. & DD. Tertia est quae pertinet ad Ordinationem ritè celebrandam, ut scilicet Ordines conferat suis subditis regularibus tantum: quae conditio satis clare desumitur ex illis verbis, *solummodo in proprio Monasterio*, secundum specul. tit. de *Privileg.* num. 5. *vers. Item nequeam primam tonsuram conferre, nisi conversis &c.* Et quavis possit ordinare etiam Monachos alterius Monasterii si fuerit inchoatus, secundum glossam, ibi verbo *Monasterio*. Item eos in quos habet ordinariam & quasi Episcopalem Jurisdictionem: hoc tamen non est ex dispositione septima Synodi, quae restricta est ad Monachos proprii Monasterii; sed ex indulto Summorum Pontificum, ut mox dicitur. Itaque cum Concilium Tridentinum in d. c. 10. *sess. 23.* quoad hoc concordet cum Decreto septimae Synodi generalis, ut scilicet Abbatibus non liceat tonsuram vel minores Ordines conferre: nisi suis subditis regularibus vel quod idem est, solummodo in proprio Monasterio: ut loquitur septima Synodus: necitur quo spiritu alleratur Decretum Tridentini Concilii non valere, eod quod non deroget Privilegio septimae Synodi; manifestum est enim derogationem non fieri, nisi ad contraria. Atque ita ex facto corrui hoc primum fundamentum.

Similiter nec videtur in facto subsistere, ut privilegium hoc ordinandi subditos seculares sit inferum in corpore juris: nam d. c. *Quoniam* 69. *dist.* quod est desumptum ex VII. Synodo, non loquitur nisi de subditis Regularibus, ut ostendit est supra. Item decretalis Innocentii III. in cap. *Cum contingat de etate & qualitate*, dum loquitur de laicis, qui ad Monasteria convolantes à suis Abbatibus tonsurantur, intelligitur de transfeuntibus ad Monasteria, ut ibi convertantur, & sicut Monachi, ut hæc ipsa verba explicat Glossa in cap. *Abbas* in *ver. Convolverunt de privil.* in 6. Unde cum textus loquatur de novitiis, qui veniunt Regularium appellacionem, c. *Religioso*, & ibi Archid. sententia excommunicationis in 6. quoad hoc decretalis non discrepat à decreto Concilii Tridentini: jam enim Sacra Congregatio pro majori parte existimavit d. c. 10. nonobstante quo minus Abbas Presbiter, & benedictus possit novitio ibi Monasterii clericalem conferre tonsuram; & tunc ad hoc consensus esse, ut ab hujusmodi ordinatione abtineat, quod Concilium præbet etiam gloss. in d. c.

Abbas in eodem verbo, *Convolverunt in addit. Datur*, inquit Concilium quod hoc non fiat infra annum probationis, quia certum est quod postea exire possit, & frangi fieri, quae præcauda est. Unde illa decretalis Innocentii III. restringitur ad subditos regulares dumtaxat, quod etiam ex eo aptius colligitur, quod in illa recenseatur ad litteram verba VII. Synodi generalis, unde sequitur ut sit intelligenda de regularibus tantum, ad quos restringitur VII. Synodus & non de secularibus. Eodemmodo decretalis Alexandri III. in cap. 1. de *suppl. neglij. Prælat.* quae tribuit Abbatibus Cisterciensibus facultatem benediciendi suos Monachos, & alia, quae ad officium hujusmodi pertinent exercendi, si Episcopus tertio requisitus substitutos Abbates benedicere recitaverit, restringitur ad subditos regulares. Ideoque gloss. *fin. verba illa* & alia, quae ferant lectionatum in proprio Monasterio, & allegat textum in d. c. *Cum contingat*, & in d. c. *Quoniam*, demum decretalis Alexandri IV. in d. cap. *Abbas de pro.* in 6. disponit quidem, ut Abbatibus non liceat aliis, quam Monasteriorum suorum converteris, & qui ad illa converterent, & in quos Ecclesiasticam, & quasi Episcopalem jurisdictionem obtinent, primam clericalem conferre tonsuram, nisi eis id competat ex pleno Apolothico Sedis indulto, & ut dicit ibi Gloss. in *vers. quasi Episcopalem*, si Abbas in Parochia sua, vel alio loco habet jurisdictionem in spiritualibus, quod aliis de jure debet habere Episcopus, etiam puros laicos, nec conversos, nec convertendos poterit clericare, sed tamen hoc privilegium non competit Abbatibus in vim prædictæ decretalis: quae potius venit limitativè, seu restrictivè ad privilegia Abbatum, quam ut nova illis conferat, ut indicant verba illa, *nec eis licetum sit aliis, quam Monasteriorum suorum Converteris, &c.* Et cum Abbates, nec de Jure Communi, nec ex privilegio canonis habeant jurisdictionem quasi Episcopalem in laicos, sed solus Episcopus, ut dicit gloss. præalleg. & est text. in cap. *Cum Episcopus de offic. ordin. lib. 6. cum multis similibus*; sequitur ut Abbates possint ordinare subditos seculares, non ex privilegio, ullo in corpore juris clauso, sed solum in vim jurisdictionis quasi Episcopalis, quam habent ex indulto Apostolico in jure non infero, in quo includitur etiam facultas tonsurandi laicos juxta declarationem prædictæ decretalis Alexandri IV.

Sed quatenus in facto verum esse facultatem in ordinandi Clericos seculares competere. Abbatibus ex indulto VII. Synodi, seu aliorum Canonum; tamen de jure duo fundamenta in contrarium adducta nullatenus consistunt: nam propositio illa quod in derogationibus generalibus litterarum Apostolicarum non includantur decreta Conciliaria; nisi illis specialiter derogetur, non habet locum nisi in litteris gratis, & rescriptis contra jus, & ita procedunt duae decretales, in quibus eadem propositio principaliter fundatur: altera scilicet in e. *Ex parte*, de *Capell. Monachorum*, ubi Abb. & Conven. Riven. asserunt se per litteras Apostolicas obtinuisse, ut possent singuli Monachi in singulis eorum Prioratibus commorari contra dispositionem generalis Concilii Lateranensis sub Innocentio III. Altera hic ubi disponitur. ne quis trahi possit ultra duas dietas in vim rescripti Apostolici, nisi in eo fiat mentio de hac constitutione ab eodem Innocentio III. edita in generali Concilio: at secus est in constitutionibus generalibus; quia posterior indistinctè tollit priorem directè contrariam, licet de illa mentionem non faciat: textus est expressus in 1. c. de *constit. in 6.* ibi: *Romanus Pontifex, qui jura omnia in serinio peccatoris sui constituta habere, constitutionem concedendo posteriorem, priorem, quovis de ipsa mentionem non faciat, revocare noscitur*. Atque ita expresse distinguit, & declarat gloss. in *ver. Noscitur*, dicens d. c. *Ex parte* cap. 3. *Nonnulli*, & alia jura superioris citata non esse contraria, illa enim loquuntur de rescriptis datis contra legem, quae non valent, nisi in ipsis fiat mentio de lege: At prædictum c. 1. de secunda lege loquitur, quae primam tollit directè contrariam, licet de illa non faciat mentionem. Et potuit esse ratio, ut subdit Glossa, quia maturius & deliberatius legis promulgatio, quam rescripti concessio, ut in principio 6. in fine, hapsim consent in d. cap. 1. *Archid. col. 1. in vers. Revocare noscitur*, & *vers. Vel die splamius*, ubi ait hoc præcipue habere locum in rescriptis, quae impetrantur contra Concilia generalia. Joan. Mon. sub num. 1. ubi opponit de d. c. *Ex parte* & solvit dicens: *Ibi est casus diversus, non adversus: & est ratio diversitatis inter dictos casus: ibi loquitur, quando rescriptum datur contra jus commune, quia tunc non videtur Princeps tollere legem per rescriptum, nisi faciat mentionem de ea; secus de constitutione, quae est prima adversa, quia Lex fit cum magna solemnitate, ut l. *Humanum*, Cod. de leg. & *idem* Princeps deliberatus de cetero jura alicui*

Valde confirmantur predicta ex illo Tridentina Synodi, quae antiquioribus Conciliis, vel privilegiis in corpore juris clausis nominatim derogare non consuevit, si quando contra illa ex iuris, & rationabilibus causis aliquid statuendum duxit. Unde in cap. 2. sess. 25. de regul. correxit decretum Concilii Lateranensis, de quo in cap. Monach. de stat. Monachorum, quatenus permitteret Monachis habere peculium de licentia Abbatis, ut Sacra Congregatio Concilii alias declaravit aduersus sententiam Navarr. & scripsi latissime in d. cap. Monach. tamen generali Concilio neque ibi derogatur, neque in cap. 22. ubi ponuntur amplissime derogationes quoad decreta omnia illius sess. eodem modo in cap. 6. eisdem sessionis 25. de regulis ex sententia Sacrae Congregationis in electionibus Superiorum regularium sublata fuit forma eligendi per compromissum vel quasi per inspirationem à generali Concilio prescripta in capite Quia propter de elect. Et tamen de Concilio Lateranensi nulla fit mentio. Et in capite 2. sess. 24. dum praecipitur ut Provincialia Concilia quolibet saltem triennio celebrentur: tollitur obligatio ea celebrandi singulis annis industria per Constitutionem Innocentii III. editam in generali Concilio, de qua in capite Sicut de accusat. Atque ut alia omittamus, dum in capite 12. sess. 23. praefinitur etatem vigesimi secundi anni inchoati ad Subdiaconatum & vigesimi tertii ad Diaconatum: abrogavit dispositionem Concilii Viennensis qua constitutum erat, ut quis liberè posset in decimo octavo ad Subdiaconatum; & in vigesimo etatis suae anno ad Diaconatus Ordinem promoveri. Et tamen in eodem capite 12. nullam fecit mentionem Viennensis Concilii; sed & in privilegiis clausis in corpore Juris: idem omnino observat Sacra Synodus, sive illa sint conciliaria sive non. Ac propterea in capite 15. sessionis 24. contra opinionem Navarr., de qua supra num. 2. ex Sententia ibidem Sacrae Congregationis fuit Privilegium Clementis V. concessum Regularibus in Concilio Viennensi, de quo in Clem. Dudam, §. Si vero idem Praelati de sepult. audiendi scilicet Confessiones secularium sine Ordinariorum Licentia: quoties Ordinarii eam exhibere recuserint. Et in capite 6. vers. It autem, sess. 27. ademit Clericis non habentibus requisiti ibi praescripti, fori Privilegium Ordini Clericali concessum etiam in Concilio Parisiensi, ut habetur in capite 2. de foro competent. Et tamen nemo unquam in dubium revocavit validitatem Decreti Concilii Tridentini, ex eo quod Parisiensi Concilio non derogaverit. Rursus in capite 17. sess. 24. ademit Cardinalibus Privilegium creatum à Paulo II. per Litteras in forma Brevis exhibitae post obitum eiusdem Pontificis; & latissime respondit eas Litteras valere & per clausulas ante dictas fuisse sufficienter derogatum Extravaganti Eugenii IV. incipienti in eminenti, habentibus clausulam derogatoriam & annullatam eorum, qua in contrarium fuerunt. Quemadmodum autem per litteras gratiae, cum clausula, Quorum tenores, vel ex certa scientia, derogatur contrariis constitutionibus generalibus, etiam habentibus clausulam derogatoriam ad rescripta: ita per constitutionem generalem habentem aliquam ex praedictis clausulis, derogatur contrariis privilegiis, quavis habeant clausulam derogatoriam ad sequentes contrarias dispositiones i Felin. hic num. 2. in secunda solen. & num. 6. in fin. vers. Sed ubi agitur. Roman. conf. 227. num. 8. vers. Respondeo; ubi probat sufficere derogationem in genere, cum clausula, pro expressis quando Papa referbit mota proprio vel per modum legis generalis, aut ex certa scientia, & ibi Apollita citat plures, & testatur de communi opinione; alias enim Papa non posset derogare valide, ut considerat Feder. de Sen. conf. 47. Habita super casu, num. 2. Si diceremus, inquit, quod generalis derogatio privilegiorum antecessit non sufficeret, iam indifferenter auferretur Papae potestas tollendi, & derogandi privilegiis derogatorii; quod nefas est sentire. Ideo dicimus, quod per sufficientiam generalis derogatoria posita in lege, vel canone, vel decretali, vel alio privilegio, derogatur specialibus privilegiis, quantumcumque habentibus speciales clausulas derogatorias, allegat e. Quia saepè de elect. c. Ut officium, Dec. conf. 164. Viso tenere in princ. dicens sic servari de illo curiae; & similiter testatur de communi, post Jo. de Anan. conf. 56.

Hactenus ostendimus, decretum Concilii Tridentini in d. cap. 10. sess. 23. frustra oppugnari ex hoc capite, quod septimae Synodo generali, aut privilegii Canonum non derogaverit.

Sed alii paulò modestius non audent affirmare decretum illud esse nullum, sed dicunt in eo non comprehendi Abbatem, qui habent jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem in Parochos, & Parochianos privative ad Episcopum; ita Stephanus Gratianus discept. forens. tom. 2. c. 212. per tot. & alii recentiores. Sed hanc quoque opinionem falsam esse probavimus in c. Significasti, infra de offic. Archid. ubi plene videas.

An autem constitutio edita à Papa in generali Concilio dicatur Conciliaris quoad effectum derogationis, dixi latissime in c. Ex parte, de Capell. Monach.

homines perfectissima veritas revelatur, l. ult. ad fin. Cad. de fideicom. & capite Extra conscientiam 64. dist. glossa in capite Prudentiam, in verbo Plurimum infra de off. deleg. aut quia per errorem crederent illis non fuisse specialiter derogandum; & hoc ex eisdem rationibus convincitur esse calumniosum. Error enim Juris in Concilio generali non est tolerabilis. Oldrad. conf. 326. num. 15. vers. Ex quo etiam convincitur. Aut denique quia non habuerint intentionem seu voluntatem illis derogandi; & secundum hoc voluissent facere actum inane & elusorium: quod similiter non est dicendum; nam ut ait Oldrad. d. confil. num. 4. in his qua in generali Concilio cum tanta maturitate & solempni deliberatione transiit seu examinatione eliminantur: nihil est nec esse debet quod frustra membranas occupet. Hæc ille. Nec Synodus censenda est elegisse viam per quam ejus Judicia possint subverti, l. 3. ff. de testam. milit. l. Quoties l. 2. ff. de rebus dubiis. Bart. in l. Scia, §. Causa de fund. instr. Et hanc conjecturam validitatis actus esse ceteris potentior, scripsit Ruin. conf. 72. num. 4. vol. 2. & Dec. in l. In testamento num. 12. C. de testam. milit. Quinimo eam dicit esse regimam aliarum interpretationum; Ceph. conf. 25. num. 49. & Cardin. Mant. de consti. ult. volunt. lib. ult. tit. ult. num. 13. Que conjectura eò magis fundenda est in casu presenti, quia si Decreta Tridentini Concilii ex hoc defectu specialis derogationis non valerent: magna ejusdem Concilii pars subverteretur: quod quam sit absurdum, nemo non videt.

Ex abundantia quatenus derogationes Tridentinae Synodi non sufficerent: extat motus proprius Pii IV. incipienti, In principis Apostolorum 13. Kalend. Martii 1565. in quo amplissime derogatur Privilegiis & indulgentiis omnibus, ac si de verbo ad verbum essent inserta in his que Decreta Tridentini Concilii contrariarent. Hæc autem clausula sufficit ad derogandum Legi contrariae habenti clausulam derogatoriam ad rescripta, sicuti habent Concilia Generalia: non solum si apposta fuerit in generali Constitutione; sed etiam in Privilegiis & Litteris gratiae, ut tradit Antonius de Butrio in capite 1. supra eodem. Bart. in l. Si quis, in princip. testam. de leg. 3. idemque operatur clausula & certa scientia; & de plenitudine potestatis apposta in Litteris Pii IV. ut per Alex. conf. 111. perfectis lib. 6. ubi consuluit pro quatuor Cardinalibus creatis à Paulo II. per Litteras in forma Brevis exhibitae post obitum ejusdem Pontificis; & latissime respondit eas Litteras valere & per clausulas ante dictas fuisse sufficienter derogatum Extravaganti Eugenii IV. incipienti in eminenti, habentibus clausulam derogatoriam & annullatam eorum, qua in contrarium fuerunt. Quemadmodum autem per litteras gratiae, cum clausula, Quorum tenores, vel ex certa scientia, derogatur contrariis constitutionibus generalibus, etiam habentibus clausulam derogatoriam ad rescripta: ita per constitutionem generalem habentem aliquam ex praedictis clausulis, derogatur contrariis privilegiis, quavis habeant clausulam derogatoriam ad sequentes contrarias dispositiones i Felin. hic num. 2. in secunda solen. & num. 6. in fin. vers. Sed ubi agitur. Roman. conf. 227. num. 8. vers. Respondeo; ubi probat sufficere derogationem in genere, cum clausula, pro expressis quando Papa referbit mota proprio vel per modum legis generalis, aut ex certa scientia, & ibi Apollita citat plures, & testatur de communi opinione; alias enim Papa non posset derogare valide, ut considerat Feder. de Sen. conf. 47. Habita super casu, num. 2. Si diceremus, inquit, quod generalis derogatio privilegiorum antecessit non sufficeret, iam indifferenter auferretur Papae potestas tollendi, & derogandi privilegiis derogatorii; quod nefas est sentire. Ideo dicimus, quod per sufficientiam generalis derogatoria posita in lege, vel canone, vel decretali, vel alio privilegio, derogatur specialibus privilegiis, quantumcumque habentibus speciales clausulas derogatorias, allegat e. Quia saepè de elect. c. Ut officium, Dec. conf. 164. Viso tenere in princ. dicens sic servari de illo curiae; & similiter testatur de communi, post Jo. de Anan. conf. 56.

Hactenus ostendimus, decretum Concilii Tridentini in d. cap. 10. sess. 23. frustra oppugnari ex hoc capite, quod septimae Synodo generali, aut privilegii Canonum non derogaverit.

Sed alii paulò modestius non audent affirmare decretum illud esse nullum, sed dicunt in eo non comprehendi Abbatem, qui habent jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem in Parochos, & Parochianos privative ad Episcopum; ita Stephanus Gratianus discept. forens. tom. 2. c. 212. per tot. & alii recentiores. Sed hanc quoque opinionem falsam esse probavimus in c. Significasti, infra de offic. Archid. ubi plene videas.

An autem constitutio edita à Papa in generali Concilio dicatur Conciliaris quoad effectum derogationis, dixi latissime in c. Ex parte, de Capell. Monach.

DE RESCRIPTIS.

Honorius III. Bituricen. Archiepiscopo Apostolicae Sedis Legato.

CAPUT XXXI.

AD audientiam nostram pervenit, quòd quidam Clerici obtentis à Sede Apostolica litteris super provisione sua in aliquibus Ecclesiis tibi subjectis, recipientes ab eis annuas pensiones, seu alia beneficia, ab eorum impetratione desistunt, renunciantes beneficio litterarum, & infra. Fraternitati tuae mandamus, quatenus eos qui post litteras taliter venditas alias (de illis mentione non habita) impetrabunt de cætero vel hæcenus impetrarunt, carere decernas commodo earumdem & Ecclesias non permittas earum occasione vexari: revocando in irritum si quid earum prætextu inveneris esse factum.

SUMMARIUM.

- 1 Impetrans an teneatur facere mentionem de litteris ad beneficia prius renuntiatis
- 2 Impetratio beneficii vacantis non facta mentione receptionis vigore litterarum ad vacaturam, valet, si receptus velit renunciare juri, quod habet ex prioribus receptionibus.
- 3 Impetrans non teneatur facere mentionem de beneficio jam resignato.
- 4 Expectans potest renunciare litteris impetratis, & eorum commodo non solum expressè, sed etiam tacite.
- 5 Expectans nullum contrahit vinculum spirituale cum beneficio, quod expectat, nec habet jus in re.
- 6 Expectans an possit renunciare litteris pro pecunia sine labe simoniae & num. seqq. usque ad num. 13.
- 7 Littera ad beneficia an conferant jus spirituale, & num. seqq.
- 8 Expectans non consequitur jus in re, nec jus ad rem, sed jus quoddam preparatoriam ad beneficium obtinendum.
- 9 Imo consequitur jus ad rem.
- 10 Et quavis non habeat jus spirituale completivè; habet tamen initiativè.
- 11 Simonia non committitur, si purè renuncietur litteris ad vacaturam, & postea reservetur renunciati annua pensio.
- 12 Dummodò tamen hac explicentur autoritate superioris.
- 13 Simoniacum non est in pactum deducere etiam in spiritualibus ea que precipiunt à jure dummodò deducantur eo modo, quo tacite insunt, num. 17.
- 14 Expectans non potest secundum beneficium adipisci, nisi renunciet litteris.
- 15 Beneficium secundum volens obtinere, potest in pactum deducere resignationem primi.
- 16 Propter concursus juris quandoque quid annexatur ad natam alterius.
- 17 Simoniacum est ex pacto sepulture eligere in eo loco, in quo quis de jure sepeliri debet.
- 18 Item deducere in obligationem civilem, id quod debetur naturaliter tantum.
- 19 Simoniacum an committat, qui debitori suo dat aliquid spirituale, ut quod suum est, recuperet.
- 20 Littera beneficiales subreptivæ sunt ipso jure nullæ.
- 21 Et de factis revocari debet, quidquid illarum vigore intertatum est.
- 22 Beneficium possesseri non potest nisi canonice habeatur.
- 23 Littera in beneficiis per subreptionem obtentis est loca tituli.
- 24 Tacite conditionis defectus impedit litteras, ne producantur in esse.
- 26 Subreptio vitiat privilegia & beneficia Principum ipso facto.
- 27 Subreptio vitiat litteras gratiosas, etiam si ignoranter, & per simplicitatem fuerit subreptum.
- 28 Littera contentiosa per subreptionem non vitiat ipso jure; sed annullari debent ope exceptionis.
- 29 Rescriptum subreptivè impetratum ob taciturnitatem præmi, non est nullum.
- 30 Processus in vim litterarum subreptivarum ad lites valet parte non opponente.
- 31 Rescriptum subreptivum tribuit jurisdictionem, si de subreptione oppositum non fuerit & num. 38.
- 32 Littera contentiosa super beneficiis quoad subreptionem regulantur sicut alia littera contentiosa.
- 33 Processus super executione litterarum beneficiorum habitus per judicem principaliter deputatum super contentione beneficiis valet, si de subreptione non fuerit oppositum.
- 34 Processus habitus coram executore litterarum beneficiorum subreptivè impetratarum, an valet & num. seqq.
- 35 Executor cum assumit partes judicis, judicatur de eo sicut de judice.
- 36 Processus venit accessorio ad gratiam & ideo vitiat ad limites ipsius gratie.
- 37 Subreptio cur magis inficiat litteras gratias, quam justitias.
- 38 Jurisdictio an tribuatur per litteras subreptivas.
- 39 Falsa littera nullam conferunt jurisdictionem.
- 40 Pensio an sit beneficium & veniat beneficii appellatione, latissime examinatur usque ad num. 121.
- 41 Pensionum duas sunt species. Intellectus cap. Conquerente, de Cler. non residen. ibidem.
- 42 Pensio cessante fraude super fructibus Ecclesie constituit potest nomine beneficii.
- 43 Beneficium super alio beneficio creari potest, dummodò id fiat sine labe simoniae & absque scissura beneficii.
- 44 Pensio que in titulum beneficii assignatur verè & propriè est beneficium Ecclesiasticum.
- 45 Et designatur sicut beneficium.
- 46 Item de illa fieri debet mentio in litteris, sicut de beneficio.
- 47 Item simoniacum est pro ea obtinenda pecuniam dare.
- 48 Pensio quid sit & unde dicatur & num. seqq.
- 39 Pensio pendet formaliter à beneficio, à quo detrahitur, sicut usufructus à proprietate.
- 50 Pensio que simpliciter constituitur super fructibus Ecclesie & alicui assignatur autoritate superioris, an sit beneficium & beneficii nomine intelligatur & sequens usque ad num. 74.

Referuntur auctores & argumenta pro opinione affirmativa, ibid. & n. seqq.